

**Publication/Creation**

1949

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/x5g8kgzq>

**License and attribution**

Wellcome Library; GB.

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

unum ex aquæ cyathis tribus. deinde artus eorū constringere, & interdum olfactarijs reficere, & commandatione oliuarum contusarum , earumq; rerum quæ stomachum constringere solent , suberectos recubantesque alere, deinde ubi deiecerint solutis uinculis rursum perungere, & fricare totum corpus, atque ita uarietate ciborum & perunctionis , stomachum proritare, ita ut reficiantur halica ex mulso , aut malorum cydoneorum succo , uel ex granis punicis facto , aut si quos magis delectabit , frigida posca : secundum quæ sumpta , & hapala proderunt oua , & intubi cocti, uel non cocti ex aceto dati . Itemq; lactucæ , & caules haplosiles ex posca decocti , aut ungula porcina excocta & madida. uulua quoque , & muri- ces, & pelorides plurimum iuuant , & pomorum præcipue sorba , & ma- la orbiculata , & pira scauriana , crustumina signinaque in olla reposita . item prosunt uiuæ ex olla sumptæ . Hæc enim & huiusmodi quæ sunt his similia confirmant stomachum , quibus escis & insequentibus die- bus uti oportebit , paulatim ad consuetudinem progredientes , donec or- mni molestia liberentur.

*Prædicti etiam  
en propter  
infatuab.  
3.1. &c affer.  
to omitt  
n. d. q. m. t.  
opo d. posta.  
pyffoy*

Est & illud stomachi uitium quod cum siccitate & ardore eius & siti inreuibili , & ut ita dicam inextinguibili nascitur . eccausin hoc Græci uocant , ab eo quod exsiccat omnem stomachi humorem . scimus quosdam urnas aquæ bibisse , nec sitim aliqua ex parte in præ- sentia compescuisse , ad hoc denarius unus uel pondus uictoriati da- tum ex aquæ frigidæ cyathis tribus , ita prodest ut facile abstinere à potu diebus proximis possint.

*m. m. d.  
r. t. t. a. r. t.  
h. o. r. g. m. p.  
n. g. u. l. o. q. q.  
d. o. p. t. r. v. a.*

Lienosis uero ex posca , & iocineris duriciem diutinam habentibus ex aqua mulsa datum satis conuenit . Nec minus hydropicis quibus da- tur eadem ratione . Sed his per complures dies oportebit in ptisanæ cre- more sine ullo alio liquore dari . prodest compositio hæc & colo inflato & cæteris intestinis . futuras quoque uel iam factas uomicas hisdem partibus aut discutit , aut celerius aperit .

*m. a. n. t. n.  
o. b. j. f. b. o.  
a. t. t. i. s.  
d. i. m. i.*

Item menstrua mouet mulieribus quæ difficulter purgantur . dandum autem erit his medicamentum ex aqua in qua decoquatur herba quæ artemisia dicitur , aut quæ dictamnos appellatur . Etiam ad papulas , & sacrum ignem , uel quam zonam uocant , benefacit data ex aqua mulsa , detracto prius sanguine , si res postulauerit . quod & in o- mnibus alijs uitijs supra dictis faciendum est . omnia enim auxilia adhiben- da sunt quæ ex usu prodesse comperta habemus , quia adiuta antidotos fa- ciliores habebit effectus . Recipit ergo hæc . Chamædropis quæ herba simi- lima quercu folia habet , agarici , cucurbitæ silvestris , quam colocynthidæ ap-

*chamædropis. agari. colocynthidæ. agaric. cucurbitæ. silvestris. colocynthidæ. opopanax. agaric. colocynthidæ. ferrum malum. opopanax. obulus. 2. dynamites. mandragora. murex. pulchra. ceras. magnesia. selenites. 2.*

*Nelumbo. Chamædropis. agaric. adonis. colocynthidæ. ceras. 2.0.*

*Agapanthus. portulaca. cinchona. malum. ferrum. opopanax. 2.0. 2.0.*

*Cynara. Mandragora. murex. pulchra. resina. 2.0. 2.0.*

*Chamædropis. agaric. adonis. portulaca. 2.0. 2.0.*